



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Captivitate Babylonica Ecclesiae. præludium Martini Lutheri

Luther, Martin

Vuittembergæ, [1520]

VD16 L 4190

Ihesvs. Martinus Lutherus, August. Hermanno Tulichio suo Salutem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33353**

Martinus Lutherus, August. Hermanno Tulichio suo Salutem.



**V**ELIM, nolim, cogor indies eruditior fieri, tot tantisque magistris certatim me urgentibus, & exercetibus. De indulgentiis ante duos annos scripsi, sed sic, ut me nunc mirum in modum poeniteat editi libelli. Hærebam enim id temporis magna quadam superstitione Ro. tyrannidis, unde & indulgentias non penitus reiiciendas esse censebam, quas tanto hominum consensu cernebam comprobati. Nec mirum, quia solus tum uolebam hoc faxum. At postea, beneficio Syluestri & fratrum adiutus, qui strenue illas tutati sunt, intellexi, eas aliud non esse, queam meras adulatorum Romanorum imposturas, quibus, & fidem dei, & pecunias hominum perderent. Atque utinam a Bibliopolis quem impetrare, & omnibus qui legerunt, persuadere, ut uniuersos libellos meos de indulgentiis exarant, & pro omnibus, quæ de eis scripsi, hanc propositionem apprehendant.

**INDVLGENTIAE SVNT ADVLATORVM ROMANORVM NEQVICIAE.**

Post hæc, Eccius & Emser cū cōiuratis suis, de primatu Papæ, me erudire cœperunt, Atque hic etiam, ne hominibus tam doctis ingratus sim, confiteor me ualde promouisse eorum opera. Nempe, cū Papatum negassem diuini, admisi esse humani iuris. Sed ut audiui & legi subtilissimas subtilitates istorum Trosculorum, quibus suum Idolum fabre statuunt (est enim mihi ingenium in his rebus non usquequaque indocile) scio nunc & certus sum, Papatum esse regnum Babylonis, & potentiam Nimroth robusti uenatoris. Proinde & hic, ut amicis meis omnia prosperrime cedant, oro librarios, oro lectores, ut iis, quæ super hac re edidi, exustis, hanc propositionem teneant.

**PAPATVS EST ROBUSTA VENATIO RO. EPISCOPI.**

Probatur, ex rationibus, Eccianis, Emseranis, & Lipsensis Lectoris Bibliici.

¶ Nunc de utriusque speciei communionem mihi schola luditur, & de nonnullis aliis maximis rebus, hic labor est, ne & hos frustra Cratippus meos audiam. Scripsit quidam frater Cremonensis Italus,